

26  
TRAGICUS FORTUNÆ LUDUS

IN

Coronatis magnorum Principum verticibus

CONRADINI SVEVIÆ

ET

FRIDERICI AUSTRIÆ

Ultimorum Ducum,

REPRÆSENTATUS.

ET

Ab Academica Juventute Episcopalis

Universitatis Soc: JESU Cassoviensis in

Scenam datus.

Dum

Laudabili Munificentia

*Illustrissimi & Reverendissimi Domini Domini*

ANDREÆ PETES,

Electi Episcopi Ansarenfis, Venerabilis Capituli Ecclesiæ Cathedralis Agriensis Præpositi Majoris, Sac. Cæs.

Regiæq; Majestatis Consiliarij, Tabulæ Regiæ Prælati,

Illustrissimi Domini Episcopi Agriensis Vicarij, &

Auditoris Causarum Generalis, &c. &c.

De re literaria bene meritis præmia distribuerentur.

Anno Domini M. D. CC.

# ARGUMENTUM.



Uod regnum est, cui non parata sit ruina,  
 & prociucatio, & dominus carnis? nec magnis  
 ista intervallis diuisa: sed hora momentum interest,  
 inter solium, & aliena genus. Verissimè quondam  
 Seneca: & nos jam experti. Vultis exemplum? Au-  
 dite, & Spectate. Conradinus Imperatoris & Re-  
 gia stirpe juvenis, ultimus Ducum Sueviae & regnorum Neapolitanis  
 & Sicilia heres, dum Carolum Andegavensem, qui ea regna occupa-  
 verat, pellere conatur; pugna commissâ primò victor, deniq; vinci-  
 tur: & fugit cum Friderico Austriae Ducum ultimo, cognato suo per  
 ignotam lialiam. Ita Asuram ventum, ubi consilium capiunt na-  
 vis conscendendæ, & Pisas dirigendæ, sociam & fidam Urbem. Con-  
 veniunt cum naviculatore; ac cum pecunia dæset ad com meatum  
 anulum alter è digito detrahit pretiosâ & rarâ gemmâ insignem,  
 atq; nautæ tradit. Aurifaber miratus à sordido homine deferri regiam  
 mercem, & suspectans unde habeat? quarit. Ille candidè à duobus  
 juvenibus ingenui vultûs & sanguinis, sed habitu & veste squallidis;  
 neq; ultra se scire. Desertur res ad Dynastam urbis Joannem è gen-  
 te Frangepanum: atq; is ex eventu prælij, & fama, tale suspicatus,  
 jubet adolescentes retrahi, & ad se duci. Dictum, factum: sstun-  
 tur, agnoscuntur: & putabant se extrapericulum, quia extra hosti-  
 le solum. Sed Dynasta Carolo indicat: qui statim cum socijs advo-  
 lat, & captivos suos Neapolim abducit. Diu deliberato concludi-  
 tur, tollendos adolescentes & publicè capite minuendos. Producan-  
 tur in Scenam publicam. Conradinus animosè loquitur, Carolum  
 accusat, se excusat. Deum vindicem invocat, & jus suum in hæc  
 regna Henrico Castellano, amitæ suæ filio, donat. Huic rei tesseram,  
 chirothecam exiit, abscitq;. Tum Fridericus ingeniculeri jabetur:  
 & caput inciditur: quod sublatum è tabulato Conradinus pecto-  
 ri appressum dein ori applicuit: & sortem miseram ejus deflevit, cui  
 autor ipse esset. Tum & ipse in genua provolutus, fortiter carni-  
 ficem exspectat: qui caput amputat. & cum fecisset, statim alius  
 hunc interficit: ne exstaret, qui jactaret illustrem illum Sanguinem  
 à se sublatum. Ita Justus Lipsius Monit: & Exempl: Polit: Lib. 20.  
 Cap. 14. Theatr. Vit. Hum. Lit. C. pag. 548.

Tragœdia constituitur Neapoli.

PROLO.



## PROLOGI Pars Prima.

**N**eapolis & Siciliae regna tempestuoso Cae-  
lo & mari iactata serenitatem invocant; oriente Ca-  
storis & Pollucis sidere (Conradini & Friderici figurâ)  
malaciam gratulantur, atq; Spem gubernaculo praeficiunt.  
Sed adversa Fortuna Aeolum cum ventis rursus evocat, qui  
siderum lucem eripiunt, eorum genios & spem in mare praer-  
cipitant, regnorum navim violento turbine abripiunt.

### *Pars Secunda.*

Illustrissimi ac Reverendissimi Mecenatis floridam colum-  
nam Praesuleis onustam insignibus frustra Syrenes stimulan-  
te Fortuna evertere nituntur, tutantibus eam virtute, & sa-  
pentiâ, quae Syrenes repellunt, Fortunam alligant, co-  
lumnâ in astra referunt. Gentilitia verò tygris superfaven-  
tum cordium acervo quiescens à Providentia excitata Livo-  
rem & Dolorem cordium fures malè multat.

## ACTUS PRIMUS.

### *SCENA PRIMA.*

**C**onradinus cum Friderico Messanam regiâ magnificentiâ ingreditur,  
ubi raptim à Governatore Siciliae, & Civitatum Legatis homagium  
accipit, statimq; Carolo adventanti, ad conferendum praelium cum  
exercitu obviam festinat.

### *SCENA SECUNDA.*

**F**rangepanis Asturæ Princeps, aurifabris ad ornandas Filiae suae nup-  
tias (quam Caroli Regis Filio desponderat) cudenda cimelia partitur.  
Ab advenientibus Neapolitanis mercatoribus, de committenda jam  
jam decretoria Conradinum inter, & Carolum pugna, admonetur.

### SCENA TERTIA.

**C**Um certamen ferveret, & Caroli Regis acies principid vinceretur; subduxerat se fugâ aulicus, qui Neapolim veniens victum Patrem Filio Regis falso nunciat, unde trepidatio: sed superveniente alio nuncio victoriam certam referente, Fortunâ bellâ mutata, metus in gaudium mutatur.

### SCENA QUARTA.

**V**icti infelici prælio Conradini milites inconditè fugiunt. Fugit & Conradinus agazonis habitu, Asturamq; delatus, dum in fluminis ripa mœstus inambulat, conspicit haud procul navim, & in ea Fridericum tandem agnoscit. Inito de repetenda Patria consilio, nautam ad com meatum curandum in urbem amandant; cui rei Conradinus deficiente ære pretiosum anulum è digito detractum consignat.

### SCENA QUINTA.

**F**Rangepanis missam Filiaë Isabellæ Caroli effigiem defert, ejusq; super sponsi amore sensum expiscatur. Ad sunt aurifabri, & Principi nautam cum annulo sistunt: qui fugientis Conradini Symbolum esse conjectans, ad eum capiendum milites expedit.

### SCENA SEXTA.

**C**arolus Rex victoriâ tumidus, triumphali pompa à Filio, & Senatu plaudente Neapolim inducitur. Mox Siculis, si ad obsequium intra præfinitum tempus redire velint, generalem Amnistiam promulgari curat.

### SCENA SEPTIMA.

**A**ductos Conradinum & Fridericum Asturæ Dynasta Regiè habendos, sub honesta custodia in sua aula detinet. Id tamen ipsum, ut expetitis Filiaë suæ nuptijs gratiam referat, Carolo Regi, celeri cursore significat.

### SCENA OCTAVA.

**F**ernandus Conradini aulicus fidissimus è captivitate fugâ elapsus, Asturam appellit, ubi intelligens Dominum suum captivum detineri, statuit eum in afflicta Fortuna non deserere, sed in aulam Dynastæ se insinuando Principi suo, ut ut licebit, patrocinari.

### SCENA NONA.

**I**sabella, impetrata à Patre facultate, assumptôq; secum Fernando, captivos Principes humaniter invisit, & solatur. Conradini amore capitur, sed dissimulat. Intercessuram se apud Patrem pro amborum libertate abiens pollicetur.

CHORUS

## CHORUS PRIMUS.

**T**Heseus & Pirithous (Conradinus & Fridericus) in Martis luco gemina coronata corda Neapoleos & Siciliae regnorum Symbola venantur. Indignatus Mars diffugientibus cordibus ambos in casses impellit, victōsq; Cyclopi custodiendos tradit.

## ACTUS SECUNDUS.

### SCENA PRIMA.

**C**arolus Rex accepto de Conradini & Friderici captivitate nuncio, Garziam Prætorio Præfectum, Asturam cum exercitus parte ablegat, ut tutò captivi Principes Neapolim deducantur.

### SCENA SECUNDA.

**I**sabella ex Conradini aspectu, & moribus suavissimis conceptum amoris ignem iterata illius recordatione amplius excitat, jam Caroli Neapolitani amores fastidit. Quare Patri pro libertate dilecti supplicat, sed frustra.

### SCENA TERTIA.

**D**iploma Caroli Messanam allatum, quo impunitas defectionis, & venia respicientibus offerebatur Siculis, in Senatu legitur, atq; acceptatur. Deliguntur insuper Legati, qui totius Siciliae nomine in verba Caroli jurent, frustra renitente Governatore.

### SCENA QUARTA.

**C**onradinus & Fridericus recuperandæ quamprimùm libertatis avidi, per Fernandum fidum sibi aulicum, cum Dynasta de lytro pacisci decernunt.

### SCENA QUINTA.

**I**sabella Patrem cum Fernando iteratò accedit. Hic oblato pretio, illa precibus, pro libertate Principum, acriter instant. Fluctuanti Frangepani inter lucri spem, & gratificandi Carolo voluntatem, nunciatur Legatos Neapolitani Regis adesse; proinde ad eos excipiendos se comparat, discedentibus Isabella & Fernando moestis ad captivos.

### SCENA SEXTA.

**R**odericus Siciliae Governator, desertus ab Siculis, ad Caroli obsequium redeuntibus, diffidens ac desperans gratiam regiam, violentas sibi manus inferre parat; sed à fideli servo prohibetur.

## SCENA SEPTIMA.

**F**ernando irritos conatus Principibus referente, adest Isabella, amare in Patris duritiem invehitur, fidem & operam constantem pollicetur, spei melioris solatia ingerens: at Ephœbo properum abiturum captivis Neapolim denunciante, inter amaras lacrymas sibi mutuo valedicunt, & divelluntur.

## SCENA OCTAVA.

**C**arolus Rex Siculos ad fidem redeuntes primùm duriùs accipit; demum concessâ præteritorum veniâ in gratiam eos recipit. Ludis aulicis à Filio exhilaratur.

## SCENA NONA.

**I**sabella sumpto virili habitu, & thesauris, clam Patre Neapolim cum Fernando profugit, opem, quam posset Conradino suo alatura.

## SCENA DECIMA.

**F**rangepanis, narrante Ephœbo Isabellæ Conradino valedicentis lacrymas, affectus, & suprema verba, ringitur, furit; sic suas spes, & jam jam contractam cum tam potente Rege affinitatem everti dolens.

## CHORUS SECUNDUS.

**A**mor & Fidelitas, sopito Cyclope, è carceris antro Theseum & Pirithoum celeri fugâ subducunt: Fortuna eos, evocatis ambitionis & crudelitatis, Harpyis, insequitur, quæ utrumq; conficiunt, Amorem & Fidelitatem in captivitatem abducunt.

## ACTUS TERTIUS.

### SCENA PRIMA.

**I**sabella cum Fernando, dum per sylvam non procul Neapoli transcunt, à prædabundis militibus invaduntur, atq; cum eis manus conferunt, aliquot sternunt, reliquos in fugam agunt.

### SCENA SECUNDA.

**G**arzas, Conradinum & Fridericum vinctos Regi præsentat. Principes ad carceres relegantur. Ad habendum in secretiori consilii arcanum consilium Rex cum ministris discedit.

## SCENA

### SCENA TERTIA.

**A** Sturæ Princeps furore plenus cubiculum Filiae adit, Conradini amores exprobraturus; at ubi eam turbatâ totâ aulâ nusquam reperit, secretum solum Fernandi cum Isabella colloquium ab Ephæbo intelligens, suspicatur fugisse, eam itaq; investigari ocyùs quaqua-versum jubet.

### SCENA QUARTA.

**F**ernandus & Isabella sumptâ Legatorum personâ, munera Regis filio, nomine Isabellæ sponsæ offerunt, orantq; ut apud Patrem Conradino & Fridericò vitam impetret, sibi verò captivos inuisendi facultatem: utrumq; prolixè pollicitum.

### SCENA QUINTA.

**D**amnatis in arcano consilio captivis Principibus ad mortem publicè subeundam, Carolus Rex sententiæ subscribit, frustra nomine sponsæ deprecante Filio. Illud tamen post multas preces intercessioni deniq; datum, ut intra carcerem de his supplicium sumeretur, cui Legati Isabellæ interesse possint.

### SCENA SEXTA.

**P**ater Isabellæ nusquam repertâ Filiâ extremo dolore afflictus, rem omnem sponso se se excilians per literas significat, causam perditæ Filiae Conradini amoribus ambigè adscribens.

### SCENA SEPTIMA.

**I**sabella & Fernandus carceres Principum subeunt, quos ad oppetendam mortem se se comparare reperiunt, post mutuam agnitionem inter affectus sibi valedicunt. Dum verò binos tantum larvatos tortores carcerem ingredi conspiciantur, pio ardore Isabella alterum, alterum Fernandus confodit, & aptatis larvis, tortorumq; vestibus Conradino & Friderico, felici astu è carcere elabuntur.

### SCENA OCTAVA.

**D**um Carolus Rex post elapsos Amnistiae præfixos dies, Gubernatori Siciliae ad obedientiam non reverso, in frequentè Proserunt conventu supplicium decernit, significatur ei à Præfecto carcerum dolus Legatorum, & fuga captivorum Principum. Rex fugientes insequi jubet, & turbatus Senatum dimittit.

### SCENA NONA.

**C**onradinum & Fridericum cum Isabella & Fernando, navim in Italiam solventem conscendere parantes, Regij Satellites è fuga retrahunt, Carolôq; sistendos abripiunt.

SCENA

## SCENA DECIMA.

**E**X literis Frangepanis amissam Sponsam intelligens Regis Filius Isabellæ sponsus, Patri suum dolorem & infelicem casum pandit, cum ecce Isabella & Fernandus fraudis & fugæ architecti cum captivis Principibus Regi sistuntur. Hi quidem ad supplicium abducuntur; illi verò de audaci facto, & de Isabella examinantur; quæ tandem prodit, & amore Conradini omnia fecisse liberè profitetur, mori simul cum eo exoptans; sed in custodiam datur Patri remittenda.

## SCENA UNDECIMA.

**D**E Conradino Sveviæ, & Friderico Austriæ Ducum ultimis, publicum capitis sumitur, barbaro Regis Caroli jussu, supplicium. Elusis custodibus spectaculo diro intentis, accurrit, & à cadavere Conradini vix avellitur semianimis Isabella.

## EPILOGUS.

**T**urcica perfidia, hæresi & furoribus stipata, tricollem Ungariæ cuniculis subrutum in aëra eijcit, tristem Mohacsianæ cladis imaginem renovans, Regisq; Ludovici è gente Ungara ultimi, ac cum eo Ungariæ interitum. Sed Divina Providentia Amphionem (Magni Cæsaris LEOPOLDI, & Austriacæ Domûs regnatricis Symbolum) excitat, qui vocali pacis cytharâ, Consiliò & Industriâ accinentibus, tricollem Ungariæ in meliorem florem restituit, Salvificæ religionis tesseram crucem reponit; binis hinc & hinc collibus gentilitiam Illustrissimi Mæcenatis columnam cum tygridibus custodibus adjiciens. Cui Academica Juventus Cassoviensis immortalitatem precatur, & honoribus applaudit.



ACTORUM





# ACTORUM NOMINA.

*Conradinus Dux Suevia.* Peril. D. EMERICUS KALMANCZAY,  
Ung. AA. LL. & Philos. Baccal. Physicus.

*Fridericus Dux Austria.* D. ANDREAS PELSÓCZY, Nob. Ung.  
AA. LL. & Philos. Baccalaur. Physicus.

*Carolus I. Andegav. Rex Neapol. & Sicil.* D. LAURENTIUS  
NIKOLASSY, Nob. Ung. è Conv. Nob. Logicus.

*Carolus II. Regis Filius.* STEPHANUS L. B. KLOBUSICZKY,  
Ungar. Syntaxista.

*Princeps Asturae Frangepanis.* D. LEONARDUS MOKOSSINI,  
Nob. Ung. è Con. Nob. Logicus.

*Isabella Frangepanis Filia.* GEORGIUS RAJ CZÁNY, Nob. Pan-  
non è Conv. Nob. Poëta.

*Dux I. Conradini, & Cancellarius Caroli.* D. JOANNES NÉ-  
METI, Pannon AA. LL. & Phil. Baccal. Phil. Absol.

*Dux II. Conradini, & Garzias. Præs. Prat. Carol.* MICHAEL  
TOBOLA, Nob. Ung. è Conv. Nobil. Rhetor.

*Rodericus Gubernator Siciliae.* D. GEORGIUS MELECZKY, Pan-  
non. è Con. Nob. Rhetor.

*Fernandus Conradini Aulicus.* D. FRANCISCUS Seraphic. GÓR-  
GEY, Prænob. Ung. de eadem. AA. LL. & Phil. Baccal. Phy-  
sicus è Conv. Nobil.

*Arnulphus.* D. MICHAEL PETHÓ, Comes de Gerze Ungarus  
Rhetor.

## AULICI REGII.

### *Consiliarij & Senatores.*

D. FRANCISCUS TURCZÁNY, Nob. Ung. è Conv. Nob. AA.  
LL. & Phil. Baccal. Physicus.

D. JOANNES FÓVENYESSY, Nob. Ung. è Conv. Nob. Logicus.

D. EME-

**D. EMERICUS L. B. PERÉNY**, Ungar. Rhetor.

**D. ANDREAS BARTOSEK**.

**D. LADISLAUS BÁLPATAKY**, Nob. Ungar. Rhetor.

**MARTINVS. ZDENICZKY**, Prænob. è Conv. Nob. Poëta.

**MARTINVS. FARKAS**, Nob. Ungar. è Conv. Nob. Poëta.

*Legati Urbium Siciliae.*

**STEPHANUS MARIÁSSY**, Nob. Ung. è Conv. Nob. Rhetor.

**FRANCISCUS KOMJATI**, Nob. Ungar. è Conv. Nobil. Rhetor.

**WOLFGANGUS G. VILHELMUS SCHMID**, Nob. Germ. Syurax.

*Gubernator Panormitanus.* **JOANNES MERSKOVICZ**, è Con.  
N. Nobil. Ung. Rhetor.

*Gubernator Catanensis.* **STEPHANUS GOMBOS**, Nobil. Ungarus.  
Rhetor.

*Praefectus Aulae Frangepanis.* **D. JOANNES FÖVENESEY**, Nob.  
Ung. è Con. Nob. Logicus.

*Elorindus.* **MOYSES LETENYEY**, Nob. Ung. è Conv. Nobil.  
Syntaxista.

*Tribunus.* **PETRUS BENYICZKY**, Nobil. Ungar. è Conv. Nobil.  
Poëta.

**AULICI.**

**JOANNES IGNATIUS GRANATH**, Nobil. Ungarus Poëta.

**GABRIEL TOLVAY**, Prænobilis Ungar. Poëta.

**FRANCISCUS BRABANT**, Nobilis German. Poëta.

**EPIŒEBI.**

**Comes SIGISMUNDUS PETHÖ**, Ungarus, Princip. è Conv. Nobil.

**Comes ALEXANDER GVADANI**, Ungarus Principista.

**GEORGIUS GOMBOS**, Prænob. Ungarus Principista.

**LADISLAUS GRANATH**, Nobilis Ungarus Principista.

**OCTAVIUS DÛ TORNAL**, Perillustris Germanus Principista.

**NICOLAUS BERTOTHI**, Nobil. Ungar. Principista.

**FRANCISCUS WETTER**, Provincialis Germanus Principista.

**JOANNES VÉGH**, Nobilis Ungarus, Principista.

**STEPHANUS OLASZ**, Prænobilis Ungarus Parvifista.

**DAVID WALNER**, Nobilis Germanus Parvifista.

**MARTINUS MERLICH**, Nobilis Germanus Parvifista.

FRAN.

FRANCISCUS ANTONIUS BOKROS, Nob. Ung. Grammatista.  
STEPHANUS GÖRGEY, Prænob. Ungar. & Conv. Nob. Princip.

### M I L I T E S.

ANTONIUS RHOLL, Nobil. Ungar. Rhetor.  
GEORGIUS ZBORAY, Civis Pannon Poëta.  
JOANNES PONGRACZ, Nob. Ungar. & Conv. Nob. Poëta.  
SIMON ALES, Nobil. Ungarus Syntaxista.  
SIGISMUNDUS BARKOCZY, Civis Pannon Poëta.  
ANDREAS STROPKAY, Civis Ungarus Poëta.  
STEPHANUS CSAKANY, Libertinus Slavus.

### CHORUS MUSICORUM.

*Aeolus, & Cyclops.* D. JOSEPHUS PABST, Boëmus.  
*Pirithous.* D. JOANNES CEDRON, Ecclef. Cathed. Tenor.  
*Ithæus.* D. ANDREAS FUKAS, Nobil. Germanus & Conv. Nob.  
Logicus.  
*Dolus. Amphion.* D. MICHAEL TOBOLA, Nobil. Ungarus &  
Conv. Nobil. Rhetor.  
*Providentia, & Fortuna.* D. JOANNES BARANKOVICS,  
Pannon AA. LL. & Phil. Baccal. Physicus & Conv. Nobil.  
*Castor, & Virtus.* MARTINUS FUKAS, Nobil. Pannon Parvifita.  
*Neapolis, & Syren.* SAMUEL JAVORSZKY, Nobil. Pannon &  
Conv. Nobil. Poëta.  
*Pollux Sapiencia, & Amor.* AUGUSTINUS JAVORSZKY, Nob.  
Germ. & Conv. Nobil. Syntax.  
*Fidelitas, Sicilia, & Syren.* ANDREAS LELAK, Pannon Prin-  
cipita.

### *Accedunt.*

Nautæ, Aurifabri, Mercatores, & Interludiones Saltatores, &c.

F I N I S.

CHORUS MUSICORUM

- Antonius Wolff, Nob. in ...
- Georgius Zboray, Civis ...
- Joannes Longace, Nob. in ...
- Simon Altes, Nob. in ...
- Stigmundus Barokyt, Nob. in ...
- Andreas Stropkay, Nob. in ...
- Stephanus Casary, Nob. in ...
- Antonius Wolff, Nob. in ...
- Georgius Zboray, Civis ...
- Joannes Longace, Nob. in ...
- Simon Altes, Nob. in ...
- Stigmundus Barokyt, Nob. in ...
- Andreas Stropkay, Nob. in ...
- Stephanus Casary, Nob. in ...
- Antonius Wolff, Nob. in ...
- Georgius Zboray, Civis ...
- Joannes Longace, Nob. in ...
- Simon Altes, Nob. in ...
- Stigmundus Barokyt, Nob. in ...
- Andreas Stropkay, Nob. in ...
- Stephanus Casary, Nob. in ...

F I N I S